



**Philippi Servii E Societate Iesv Amicus Fidelis Vsqve Ad
Mortem: Sive Modvs Ivvandi Moribvndos, Ægris, Sanisqve
Perinde Vtilis**

Servius, Philippe

Leodii, 1648

§. Vndecimvs. Quædam clara voce, sed tractim, articulatim, & interruptè
moribundo suggerenda; maximè cùm iam mox expiraturus putatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60032)

6. VNDECIMVS.

*Quedam clara voce, sed tractim, articula-
tim, & interrupte moribundo suggesten-
da; maximè cum iam mox expiraturus
putatur.*

IN manus tuas Domine commendo
spiritum meum.

Iesu fili David miserere mei.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Bone Iesu, dic animæ meæ salus tua
ego sum.

Bone Iesu, qui venisti perditum redi-
mere, noli damnare redemptum.

Domine Iesu suscipe spiritum meum.

*Iis qui assueuerunt actus fidei, spei, amo-
ris & contritionis per diem exercere, con-
sultum erit id eis in memoriam reuocare
verbo uno: Credo, spero, diligo, doleo.*

Recordare Iesu pie,
Quod sim causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.

Quærens me sedisti lassus,
Redemisti crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.

Q 2

Quod

244 AMICI FIDELIS

Quod si moriens animi territi signa aliqua ederet ; Amicus fidelis aspergat illum aqua lustrali, arreptaqz in manus Christi crucifixi imagine dicat :

**Ecce Crucem Domini, fugite partes
aduersæ, vicit Leo de tribu Iuda
radix Dauid.**

**Exurgat Deus & dissipentur inimici
eius, & fugiant qui oderunt eum à
facie eius.**

*Addat hæc in aurem : Abrenuncio tibi
Satana. Vade Satana.*

**Domine vim patior responde pro me,
ne relinquas me, Domine Deus
meus, ne discesseris à me.**

**Bone Iesu in quem credidi, miserere
mei.**

**Bone Iesu in quo speravi, miserere
mei.**

**Bone Iesu quem dilexi, miserere mei,
O mater Dei memento mei.**

**Maria mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.**

Eia

PARS SECUNDA. 245

Eia bona mater & aduocata nostra,
illos tuos misericordes oculos ad
nos conuerte.

O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo
Maria.

Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur,
Paradisi gloria.

Angele Sancte Dei, sit tibi cura mei.

O Iesu, Iesu, Iesu, esto mihi Iesus &
salua me.

O bone I E S V , suscipe spiritum
meum.

In manus tuas Domine commendabo
spiritum meum, redemisti me Do-
mine Deus veritatis.

Ex his Oratiunculis, Amicus fide-
lis felicitat, quæ sibi magis arridebunt,
aut alias ipse, suggestente Spiritu San-
cto, componat, proferatque ad maiori-
rem Dei gloriam, Proxiisque mori-
bundi salutem.

Q 3

§. Dvo-

Eia